Aetas cana refert digitis animasse myronem ·
Quod fingebat opus uiuificante manu
Tu uerbis facientibus modulamine membra
Quod natura adeo hoc tibi dant studia
Inuitulum dexter si uertas plectra cadauer
Primeuum facias aedificante lyra
Si flores simulis gelidi per plaustra bootis
Mox elicem uernis sibilat aura modis
Pingui da lustra rosas fundant tibi frigora mustum
Feruenti pallas sidere dona ferat
Piscis in aetherio quem portas uertic& ran& ·
Si iubeas uersumar mora ceruus amat
Faucibus e mediis inpasto uiscera praedam
Ore potens tollas quam ten& ore leo
Iam scio castalii quo m&raxistis amores
Accedunt culpis munera uestra meis
Si talis ad tumidas rapitur mea cumba procellas
Hibernos passura notos quam nauita pauper
Rimosam tenui fingens de cortice puppim
Conposuit nomenque dedit sine laude phasili
Illa nec egeum pelagus nedi tora phrixi ·
Nec quaecumque ual& trux aequora uerrere fundo
Eolus agnouit placidos sed gurgitis alti
Praelegit bene cauta sinus ubi seruiat auster
Non ubi regna p&at quotiens ibi remige lento
Sibilat intremula discurrens aura carina
Lintea nam summis dum crispant nexa cirucis
Quae portant mortes praestant mihi flamina somnus ·
Huc uertam puppim certus mea carbasa uentus
Commendans cursos artis opis quae meae
Flecte uiam uelis clauumque ad litore foebe
Anchora proscissum mordeat uda solum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0046